

NvK. Ad perpetuam rei memoriam. *Er bestätigt in Transfixform eine Anordnung Eb. Dietrichs von Mainz über die Jurisdiktion der Archidiacone der Kirche von Würzburg¹⁾ und fügt einige ergänzende Bestimmungen an.*

Druck: Statuta synodalia Herbipolensia (Würzburg, Georg Reyser, um 1486; Hain, Repertorium Nr. 15036; s.u. Nr. 2064 Textfassung B Würzburg), unfoliiert; hiernach: Lünig, Teutsches Reichs-Archiv, Spicilegium ecclesiasticum. Continuatio II 1117f. in Nr. CCCXXXVI; Schneidt, Thesaurus iuris Franconici II/4, 604f.

Erw.: Wendehorst, Bistum Würzburg II 183.

Quoniam nostri officii est, ut ea, que rationabiliter ordinata reperimus ad pacem et iusticiam conservandam ac animarum salutem procurandam, non paciamur infringi, sed potius robur confirmationis adiciamus, hinc eam ordinationem de iurisdictione archidiaconorum sancte Herbipolensis ecclesie per reverendissimum dominum Theodoricum sancte Moguntinensis ecclesie archiepiscopum provide ac digeste statutam, cui hec nostra littera transfigitur, tanquam rationabilem auctoritate legationis approbamus et presentis scripti patrocinio communimus, adicientes quod ipsi archidiaconi in manus reverendi patris episcopi Herbipolensis pro tempore existentis promittere eorumque officiales et iudices procuratoresque et notarii iudiciorum iurare teneantur ordinationes illas suprascriptas se firmiter observaturos, statuentes quod archidiaconi ipsi in locis publicis in ambitu ecclesie maioris
 10 aut alibi prope ecclesiam sedes suas deputent, ubi eorum officiales iudicio presideant, ut liber accessus ad illa tribunalia cunctis patere possit, constituentes reverendum patrem dominum episcopum Herbipolensem harum ordinationum conservatorem, cui etiam committimus, quod, si quem transgressorem repererit earundem, illum ab officio ad annum suspendat, salva tamen moderatione ipsius episcopi secundum delicti quantitatem tempus suspensionis huiusmodi abbreviandi vel prolongandi.
 15 In quorum omnium testimonium presens nostrum transfixum nostro pendenti sigillo fecimus communiri.

3 hinc: huic.

¹⁾ *Eb. Dietrich traf seine Anordnung 1448 III 1 (Lünig 1105–1117) als von B. Gottfried von Würzburg und Mgf. Albrecht von Brandenburg gewählter Streitvermittler. Er wiederholte dabei im wesentlichen die wörtlich eingerückte reformatio, die B. Johann von Würzburg 1422 VI 12 erlassen hatte, jedoch unter Absehung von einem Artikel, der sich mit Terminaufschüben bei der Verbhängung von Interdikten in Streitsachen beschäftigt. Es ging dabei offensichtlich um die Zuständigkeit der in diesem Artikel genannten Gerichtsbeamten, in welchem Zusammenhang beide Seiten widersprüchliche kaiserliche und königliche Privilegien vorlegten, weswegen Eb. Dietrich sie an den König wies.*

NvK an alle Christgläubigen. *Er verleiht einen 100-Tage-Ablass für die Heilig-Kreuz-Kapelle in der Stadt Kitzingen.*

Or., Perg. (Schnurlöcher; S und Schnur fehlen): WÜRZBURG, StA, Würzburger Urkunden 14/216. Auf der Plika: H. Pomert; unter der Plika: Visa. T. L.

Erw.: Wendehorst, Bistum Würzburg II 183.

Formular: Etsi cuncte ecclesie (Nr. 970), jedoch mit der Verdeutlichung zu Nr. 965 Z. 7: qui bis in anno, scilicet in ipsius capelle usw. wie in der Variante für Kapellen.